		[illegible]	—. 12
		cognatae — [illegible]	2. —
		Pertz [illegible]	1. 36
		[illegible]	—. 6
		Filli — Instit.	2. —
		[illegible]	—. 24
22. 40		[illegible]	1. —
18. 57		6 Melinii instit. bibl. à 1.36 =	9. 36
15. 55		Moses Chorenensis	—. 56
15. 3		Lunari	—. 36
72. 35		b) Buchbinder 18. 57	—. 12
1. 22		[illegible]	—. 33
73. 57	49. 48	Calendario agraria 2 Cop.	—. 40
	48. 26	[illegible]	—. 20
	1. 22	[illegible]	—. 18
		[illegible]	1. —
		matri pro januario	10. —
		Post	—. 11
		Lunari	—. 36
		[illegible]	—. 30
		dentista	1. —
		c) [illegible] 15. 55	—. 35

1/12 57 bestellt 25 Ex. Melinii instit. bibl. bei Paternolli, dem Buchbinder Johan 6/12 Giovanni Genemans Prijatel 857, et Fermentein hebr. gram. arab.

h.c. Pelkina 25 fl 10 kr + Ary 34 f. — + Rotti 1 f. 27 = 60 f 37 kr

Ausgaben

Uibertrag

Schwetz dog I	2.15
Fili [illegible]	–.24
Sudan	–.12
god	1.6
———	–.6
... [illegible]	
Post	–.44
los pobres 858	1.16
רקע הגנה :	
חזן	2.–
זועג	2.–
קופה	2.–
עצדי	2.–
זפקה	
זפחת זקני	1.–
	15.3
Differenz	1.22
	16.25
Zusammen	73.57

Einnahmen	122.23
Ausgaben	73.57
Bleibt	48.26

4 C. A. Fer. 6. (*Jejunium.*) S. Petri Chrysol. Ep. C. Doct. dup., ll. 1. n. *Fidelis.* 1. loc., rel. ibi; com. fer. in L. et M. ppr. cum Cr. Vesp. a cap. de seq. *mer. supr.*, com. praec., fer., et S.
R Sabbae Ab. C. Ant. ex Laud. ℣. *Os justi.*

R 5 C. A. Sab. S. Joan a Cruce C. dup. (*in Brev. 24. Nov.*); ll. 1. n. cur. Sab., rel. ibi., com. Sab., et S. Sabbae Ant. et ℣. ex 1. Vesp. in L. et M. *Os justi I.* Or. ppr. In 2. Vesp. com. Dom. Ant. *Veni Dne.*, et S. Nicolai Ep. C.

† 6 C. Viol. Dom. II. Advent. 2. cl. De ea sem. Off.
R ut in Psalt. et ppr. loc., com. sine lect. S. Nicolai in L. et M. sine *Glor.*, 3. Or. *Deus, qui de B. M. V.* cum Cr., Praef. SS. Trinit., et in fin. *Bened. Dno.* Vesp. de seq. *Mer. supr.* Ant. *O Doctor;* com. Dom. Ant. *Tu es;* et S. Nicolai.
„ *In Eccl. Metrop. Min. etc. ut in Dom. I. Advent.*

R 7 C. A. Fer. 2. (*Jejunium.*). S. Ambrosii Ep. C. Doct. dup., ll. 1. n. *Fidelis.* 1. loc., rel. ibi; com. fer. in L. et M. ppr. cum Cr. Vesp. de seq. com. fer. tant. In Hymn. *Jesu.. qui natus;* et sic per Oct.

† 8 C. A. Fer. 3. Conceptio Immaculata B. M. V. dup. 1. cl. cum Oct. (*Fest. Pal.*). Off. ppr. ex Lib. recent., com. fer. in L. et M. ppr. ex Fol. recent., Cr., ac Praef. *Et te in Concept. Immaculata.* per Oct. Ad Prim. ℣. *Qui natus.* parit. per Oct. In 2. Vesp. com. seq. Or. *Exaudi;* et fer.
„ *Hodie prohib. Miss. in Orat. privat., et Solemn. de Req. etiam praes. Cadav.*

☽ **Hodie P. Q. h. 7. m. 34. mane.**

9 C. A. Fer. 4. (*Jejunium.*). S. Syri Ep. C. dup., ll. 1. n. cur. fer., rel. in Lib. nov., com. Oct., et fer. in L. et M. *Sacerd. tui;* Cr. etc. ut heri. In 2. Vesp. com. seq., Oct., fer., et S. Melchiadis Pp. M.

R 10 C. R. Fer. 5. S. Bibianae V. M. sem. (*in Brev. 2. huj.*); ll. 1. n. cur. fer., rel. ibi; com. Oct., fer., et S. Melchiadis in L. et M. *Me expectav. I.* Or. ppr., Cr. etc. (*Secr. pro S. Melchiade. Munera. ex Miss.* Sacerd. Dei.). Vesp. a cap. de seq., com. praec., Oct., et fer.

R | 11 | C. A. Fer. 6. *(Jejunium.)*. S. Damasi Pp. C. sem., ll. 1. n. cur. fer., rel. ibi; com. Oct., et fer. in L. et M. ppr. Cr. etc. Vesp. de seq. Or. ppr. in Lib. nov., com. praec. Ant. *Dum esset;* Oct., et fer.

R | 12 | C. R. Sab. S. Barbarae V. M. dup. *(dies assign. ex 4. huj.)*; ll. 1. n. cur. Sab., rel. in Lib. nov., com. Oct., et fer. in L. et M. *Loquebar.* Or. ppr. in Fol. nov., Cr. etc. In 2. Vesp. com.
R Dom. Ant. *Ante me.*, et S. Luciae V. M. Ant. ppr., ac Oct.

† | 13 | C. Viol. Dom. *Gaudete.* III. Advent. 2. cl. De ea sem. Invit. *Prope est.* rel. ut in Dom. I. Advent. et ppr. loc., com. sine lect. S. Luciae, et Oct. in L. et M. sine *Glor.* cum Cr., Praef. *Et te in Concept. Immaculata;* et in fin. *Bened. Dno.* Ad Prim. dic. Ps. *Confitemini.* Symb. *Quicumque,* et ℣. *Qui natus es.* sine prec. Vesp. de seq. Ant. ppr. ex Laud. ult. Ps. *Laudate Dnum. omn. gentes.*, com. Dom. Ant. *Beata es*; S. Luciae Ant. ppr., et Oct.

„ *In Eccl. Metrop. Min. cum Dalm., Organ. puls., et sic seq. fer.*

R | 14 | C. R. Fer. 2. S. Clementis Pp. M. dup. *(in Brev. 23. Nov.)*. Off. ut ibi; ll. 1. n. *A Mileto;* 2. n. ppr., 3. n. *Vigilate.* de Com. C. Pont. 2. loc. ℟℟. de Com. un. M., com. Oct., et fer. in L. et M. ppr. Cr. etc. Vesp. de seq. ut in I. Vesp. Fest., com. praec. Ant. ppr. et fer.

15 | C. A. Fer. 3. Octava Concept. Immaculatae B. M. V. dup., ll. 1. n. cur. fer., rel. ppr. hac die in Lib. recent., com. fer. in L. et M. ut in Fest., Cr. etc. In 2. Vesp. com. seq.. et fer.

16 | C. R. Fer. 4. *(Quat. Temp.)*. S. Eusebii Ep. M. sem., ll. 1. n. *A Mileto;* de Com., rel. ibi; 8. ℟. *Dne. praevenisti;* 9. l. et com. fer. Ant. et Or. ppr. in L. et M. *Sacerd. Dei. (Or. fer. quae est ante I. Epist.)*. 3. Or. *Deus, qui de B. M. V.*, et Ev. fer. in fin. Vesp. de seq. *Mer. supr.*, com. praec., et fer.

Initium novenae

„ *In Eccl. Metrop. cant. 2. Miss. I. de Fest. post Tert. 2. Or.* Deus, qui de B. M. V., 3. Eccl.

vel pro Pp. II. de Fer. post Non. in C. Viol. ut in Missal. etc. et in fin. Bened. Dno.

„ *Post Complet. huj. diei usque ad Oct. Epiph. inclus. cessat Off. cujuslib. Oct. etc. ut, 24. Febr.*

Hodie N. L. h. 11. m. 58. mane.

17 C. A. Fer. 5. S. Norberti Ep. C. dup. *(fuit, 7. in Brev. vero 6. Jun.)*; ll. 1. n. cur. fer., rel. ibi ; com. fer. in L. et M. *Statuit.* Or. ppr. Vesp. de seq., com. praec., et fer. Ant. *O Sapientia.* I. ex Majorib. quae hab. in Brev. post Vesp. Dom. praec., et sic seq. dieb. In Hymn. *Virtus, honor. etc.*, et sic cras.

18 C. A. Fer. 6. *(Quat. Temp.).* Expectat. Partus B. M. V. dup. maj. Off. ut in fin. Brev., 9. l. et com. fer. Ant. et Or. ppr. in L. et M. ppr. in fin. Missal., Cr., Praef. *Et te in Expectat.*, et Ev. fer. in fin. Ad Prim. ℣. *Qui ventur. es.* In 2. Vesp. loc. 5. Ant. *Ecce Ancilla.* dic. *De fructu.* cum Ps. *Memento ;* com. seq. Or. *Praesta. .ut qui;* et fer. Ant. *O Adonai.* Or. Dom. praec.

„ *In Eccl. Metrop. cant. 2. Miss. 1. de Fest. post Tert. sine com. fer. II. de Fer. post Non. in C. Viol. etc. ut 16. huj.*

R 19 C. R. Sab. *(Quat. Temp. et Vigil. de qua nihil in Off.).* S. Proti M. dup. *(fuit 18. Jun.)* ; ll. 1. n. *Fratr. deb.* de Com. pl. Mm. ℟℟. vero de Com. un. M., rel. 2. loc., 9. l. et com. Sab. Ant. et Or. ppr. in L. et M. *In virtute.*, Ev. *Si quis vult. (Or. Sab. quae est ante I. Epist.);* 3. Or. Vigil., et Ev. Sab. in fin. In 2. Vesp. com. Dom. Ant. *O Radix.*

„ *In Eccl. Metrop. cant. 2. Miss. I. de Fest. post Tert. cum unic. Or. II. de Sab. post Non. in C. Viol. 2. Or.* Vigil., 3. Deus, qui de B. M. V. *etc. ut 16. huj.*

† 20 C. Viol. Dom. IV. Advent. 2. cl. De ea sem. Invit. etc. ut in Dom. praec. et ppr. loc. In Miss. sine *Glor.* Or. ibi; Cr. Praef. SS. Trinit., et in fin. *Bened. Dno.* Vesp. de seq., com. Dom. Ant. *O Clavis.*

„ *In Eccl. Metrop. Min. etc. ut in Dom. I. Advent.*

R | 21 | C. R. Fer. 2. S. Thomae Ap. dup. 2. cl. Off. ut ibi; com. fer. Ant. *Nolite timere.* quae hab. post ll. 3. n. huj. diei in L. et M. ppr. cum Cr., et Praef. Ap. In 2. Vesp. com. seq. Or. *Da quaesumus;* et fer. Ant. *O Oriens.*

22 C. A. Fer. 3. S. Nazarii Ep. C. dup. *(fuit 19. Jun.). Mer. supr.,* ll. 1. n. cur. fer., rel. 1. loc., com. fer. in L. et M. *Statuit.* Vesp. a cap. de seq. *mer. supr.,* com. praec., et fer., Ant. *O Rex.*

ad Pertorit in bibliothecam

R | 23 | C. A. Fer. 4. *(Jejunium.).* S. Aloysii Gonz. C. dup. *(fuit 21. Jun.);* ll. 1. n. cur. fer., rel. ppr. in fin. Brev., com. fer. Ant. *Ecce completa.* ut in Brev. ante fer. 2. praec. in L. et M. ppr. in fin. Missal. In 2. Vesp. com. fer. Ant. *O Emmanuel.*

24 C. Viol. Fer. 5. Vigil. Nativit. D. N. J. C. *cum Jejunio.* De ea. Ad Matut. Invit. *Hodie scietis.* Hymn. *Verbum supernum.* Ant. et Psal. huj. fer. ℣. *Hodie scietis.* Absol. *Exaudi.* Ben. *Ev. lect.* Ad Laud. et rel. Hor. fit Off. ritu dup. Miss. ppr. sine *Glor.* et sine *Cr.* cum unic. Or., et post Grad. omitt. *Allel.* et ℣. seq., et in fin. *Bened. Dno.* Vesp. de seq. sine com. In Hymn. *Jesu..qui natus.* usque ad Epiph. exclus., et post *Alma Redempt. etc.* dic. ℣. *Post Partum;* et Or. *Deus, qui salut.* usque ad 2. Vesp. Purificat. B. M. V. inclus.

„ *In Eccl. Metrop. Min. utunt. Dalm., Pluviale vero pro canendo Martyrol. debet esse C. Viol.* S. R. C. 22. Mart. 1817. N. 4377. ad 8.

„ *Hodie et deinc. usque ad Oct. Epiph. inclus. prohib. Miss. Votiv. et Def. ac de cadente Anniv., non tamen prohib. Solemn. de Req. praes. Corpore.*

„ *Sacerdos celebratur. seq. nocte per 6. horas sit jejunus ex congruentia.*

„ *In Eccl. Metrop. et alibi I. Miss. cant. post mediam noctem. II. cras in Aurora et non prius, nisi privileg. sit concess., et haec post Hor. Prim. III. in die post Tert.*

„ *Ante Auroram prohib. ministr. Sacrament. Poe-*

nit. et Eucharist. praesertim mulieribus, except. gravit. infirmis. S. R. C. 23. Mart. 1886. N. 2956. ad 2.

Si quis Sacerdos die seq. celebrare debeat in locis inter se dissitis, nec sit alius Sacerdos, qui Calicem primo adhibit. purificet, idem Calix transferend. est pro rel. Miss. Ut autem decentiae ac reverentiae Sacramento debitae consulatur, Sacerdos post sumpt. SS. Sanguinis Calici impurificato imponat Patenam et Pallam, quas cooperiat velo, quod etiam circumligabit Calici prout fit in reposit. Sacram. in Sepulcro Fer. V. in Coena Dni. Calicem vero sic coopertum et circumligatum, defectu Tabernaculi, relinquat in Altari super Corporale usque dum suo tempore, sic praeparatum decenter deferat ad aliam Eccl. ut ibi celebret etc., et in ultima Miss. illum purificet de more. S. R. C. 16. Sept. 1815. N. 4365.

☽ **Hodie P. Q. h. 7. m. 33. mane.**

† 25 C. A. Fer. 6. Nativitas D. N. J. C. dup. 1. cl. cum Oct. *(Fest. Pal.)*. Omn. ppr. ut ibi. In Miss. Cr. ad cuj. ℣. **Et incarnatus est.** in Miss. Solemn. omnes genufl. Praef. et *Communic.* ppr. per Oct. Ad Prim. ℣. *Qui natus.* usque ad Epiph. exclus. In 2. Vesp. com. seq., et Omn. Ss. Martir. Ant. etc. ex Lib. nov.

Hodie prohib. Miss. in Orat. priv. nisi privileg. sit concess. infirmo, et Solemn. de Req. etiam praes. Cadav.

Hac die celebrari possunt 3. Miss. In I. et II. non purific. Calix, nec sumenda est ulla purificatio. Sacerdos enim omnes Miss. jejunus celebrare debet; et dictis Orationibus consuetis abluant. digiti in vase mundo et abstergant. Purificatorio. Et si quis per accidens sumpserit purificat. in I. vel II. Miss., debet abstineri a celebrat. aliar. Missar. Item in I. Miss. ad Communic. *dic.* Et Noctem. *In 2. Miss. omitt. commem.* S. Anastasiae; *in III. vero sumant. omnes purificat., et in ejus fin. legit.* Ev. Epiph. *Qui unic. Miss. celebrat, dicat III; non vero I. vel II.*

Ind.

† R | 26 | C. A. Sab. S Stephani Protom. et Commem. Omn. Ss. Martyr. dup. 2. cl. cum Oct. *(Fest. Praep.)* Off. ut ibi; com. Omn. Ss. Martyr. ex Lib. nov., et Oct. Nativ. in L. et M. ppr. (Or. etc. *pro Ss. Martyr. ex Fol. nov.*); Cr., Praef. et *Communic.* ut heri. Vesp. de Nativ. a cap. S. Steph., com. Omn. Ss. Martyr. ex Lib. ut supra; seq., et Oct. Nativ.

† R | 27 | C. A. Dom. *(vacat.)* S. Joan. Ap. et Evang. dup. 2. cl. cum Oct. Off. ut ibi; com. 2. Oct. in L. et M. ppr. Cr. etc. ut supra. Vesp. de Nativ. a cap. S. Joan., com. seq. et 2. Oct.

D | 28 | C. Viol. Fer. 2. Ss. Innocent. Mm. dup. 2. cl. cum Oct. ut ibi. In 3. n. loco 2. Ant. *Tradiderunt.* dic. *Isti sunt.* Non dic. *Te Deum.* sed 9. ℟., com. 3. Oct. in L. et M. ppr sine *Glor.* Ad Grad. omiss. *Allel.* et ℣. seq. dic. Tract., Cr. etc., et in fin. *Bened. Dno.* Vesp. de Nativ. a cap. Ss. Innoc., com. seq., et 3. Oct.

R | 29 | C. R. Fer. 3. S. Thomae Cant. Ep. M. sem., ll. 1. n. *A Mileto.* rel. ibi; com. 4. Oct. in L. et M. ppr. cum Cr. etc. ut supra. Vesp. de Nativ. ritu dup. a cap. de seq. Or. *Praesta..ut qui;* com. Dom. infr. Oct. Ant. *Dum medium*; praec., et 4. Oct.

30 | C. R. Fer. 4. S. Nicephori M. dup. ll. 1. n. *Incip. Ep. B. Pauli Ap. ad Roman.* ex Dom. infr. Oct. rel. in Lib. nov., 9. l. et com. Dom., et 4. Oct. in L. et M. *In virtute.* Ev. *Si quis vult.*, Cr. etc. cum Ev. Dom. in fin. Vesp. de Nativ. a cap. de seq., com. praec., Dom. Ant. *Puer Jesus;* et 4. Oct.

Hodie P. L. h. 10. m. 30. vesp.

R | 31 | C. A. Fer. 5. S. Silvestri Pp. C. dup. ut ibi; com. 4. Oct. in L. et M. ppr. cum 6. Or. *Deus, cuj. Misericordiae etc.* pro gratiar. actione, quae patet post Miss. Votiv. SS. Trinit., Cr. etc. Vesp. de Circumcis. Dni. sine ulla commem. C. A.

In Eccl. in quibus asservat. SS. Eucharist. Sacramentum solemn. cantet. Hymn. Te Deum. *in gratiar. actione pro beneficiis a Deo hoc anno collatis.*

LITTERA MARTYROL. PRO SEQ. ANNO ERIT q. MINUSC.

O. A. M. D. G. B. M. V. H.

Quoad casus papales notandum est eos, si occulti sint, fieri episcopales.

Cum praeterea amplae hac in re facultates a Summo Pontifice Nobis concessae sint, confessarii ejusmodi casus ad Nos referant.

Casus Ordinario dioeces. reservati.

I. Perjurium sive assertorium, sive negativum solemniter emmissum, i. e. falsum testimonium in judicio datum et juramento confirmatum.

II. Abortus foetus sive animati sive non animati reipsa procuratus.

III. Homicidium voluntarium et intentum, sive per se sive per alium perpetratum.

IV. Actus venereus cum hebraeis et inter confessarium et poenitentem consumatus.

V. Incendiarii voluntarii crimen effectu secuto.

VI. Attentatio machinationis aut conjurationis contra terrae principem.

Circa hos casus Nobis reservatos declaramus: 1. Volumus, ut reservatio cesset, si quis bona fide confitetur, i. e. quin sciat, peccatum confessum esse reservatum vel confessarium absolvendi facultate non esse munitum. Ignorantia vel negligentia confessarii ipsi non noceat. 2. Quilibet confessarius in hac dioecesi approbatus valide absolvat a casibus Nobis reservatis, quando excipit confessiones sponsorum sponsarumve, qui intra paucos dies matrimonium inituri sunt, vel quando agitur de susceptione S. Viatici, Extremae unctionis et Communionis infirmorum, etiam devotionis causa. 3. Quae in praecedentibus ad 1. et 2. dicta sunt, etiam de casibus *occultis* papalibus valeant. 4. R. D. Decanos autorizamus, in casibus Nobis reservatis, excepto III. et VI. injuncta gravi poenitentia salutari absolvendi, quin alios confessarios subdelegare valeant. 5. Concedimus pariter RR. DD. Decanis facultatem subdelegatam in actu sacramentalis confessionis dumtaxat dispensandi cum Incestuoso, sive Incestuosa ad *petendum debitum conjugale*, cujus jus amisit ex, superveniente occulta affinitate per copulam carnalem habitam cum consanguinea vel consanguineo sive in primo, sive in primo et secundo, sive in secundo (aequali) gradu suae uxoris, seu respective mariti; remota occasione peccandi, et injuncta gravi poenitentia salutari, et confessione sacramentali quolibet mense per tempus ar-

bitrio dispensantis statuendum. 6. Quotiescunque Confessarius concessa ipsi facultate a casu reservato absolvit declaret poenitenti, id fieri auctoritate a Nobis delegata. Quando vere agitur de restituendo jure petendi debitum conjugale, declarandum est poenitenti, dispensationem fieri auctoritate Sedis Apost. Nobis delegata et Confessario subdelegata.

Confessarii vicinarum dioecesium.

Ubi consuetudo locum habet, ut in casibus extraordinariis, sacerdotes vicini alterius dioecesis in auxilium vocentur, hanc consuetudinem ratam habentes permittimus, ut ejusmodi sacerdotes a proprio Ordinario approbati confessiones in parochiis et curatiis Nostrae dioecesis excipere valeant a peccatis non reservatis.

Benedictio Apostolica in mortis articulo.

Facultate a S. Patre Nobis concessa utentes concedimus omnibus Nostrae dioecesis confessariis approbatis (quoad Moniales earum confessariis ordinariis) potestatem delegatam dandi Benedictionem apostolicam cum Indulgentia plenaria, adhibita formula a Papa Benedicto XIV praescripta, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus in mortis articulo constitutis, si vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti sint, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu corde et ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, et mortem tanquam peccati stipendium de manu Domini patienti atque alacri animo susceperint.

Formula Benedictionis apost.

A fel. rec. Benedicto Papa XIV. praescripta quae in recentioribus Ritualis Rom. editionibus passim reperitur, sequentis tenoris est:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Coelum, et Terram.

Antiph. Ne reminiscaris Domine delicta Famuli tui (*vel* Ancillae tuae) neque vindictam sumas de peccatis ejus. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster, etc.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Salvum fac Servum tuum (*vel* Ancillam tuam, *et sic deinceps*).

℟. Deus meus sperantem in Te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Clementissime Deus, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem, atque sperantem, secundum multitudinem miserationum tuarum respice propitius Famulum tuum N. quem tibi vera fides, et spes christiana commendant, visita eum in salutari tuo, et per Unigeniti Tui Passionem, et Mortem omnium ei delictorum suorum remissionem, et veniam clementer indulge, ut ejus anima in hora exitus sui Te Judicem propitiatum inveniat, et in sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

Tum dicto ab uno ex Clericis adstantibus Confiteor etc. *Sacerdos dicat* Misereatur etc. *deinde*:

Dominus Noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui Beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam, quam in Baptismate recepisti; Et ego facultate mihi ab Apostolica Sede tributa, Indulgentiam plenariam, et remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris etc.

Per Sacrosancta humanae reparationis mysteria remittat tibi Omnipotens Deus omnes praesentis, et futurae vitae poenas, Paradisi portas aperiat, et ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Benedicat Te Omnipotens Deus, Pater, Filius et Spiritus Sanctus. Amen.

Facultas benedicendi sacra paramenta.

Obtenta a Sede apost. facultate damus hisce R.R. D.D. Decanis et Parochis potestatem benedicendi paramenta et alia utensilia ad Sacrificium Missae necessaria, ubi non interveniat sacra unctio, et reconciliandi ecclesias pollutas aqua ab episcopo benedicta et in casu necessitatis etiam aqua non benedicta ab episcopo.

Examina Generalia

pro beneficiis curatis habentur hoc anno:

Primum **12. Maii et sequentibus.**

Secundum. **4. Augusti et sequentibus.**

DIES NORMALES

Quibus omnis generis spectacula publica, saltationes, delectationesque etc. in Statibus Caesareo-regiis juxta Suprema Resolutione die 19. Augusti 1826, prohibentur.

I. Ultimis tribus diebus Adventus;
II. In Festo Nativitatis Domini;
III. Feria IV. Cinerum;
IV. In Festo Annuntiationis B. M. V.
V. A Dominica Palmarum usque ad Dominicam Resurrect. Domini inclusive;
VI. Dominica Pentecost.;
VII. In Festo SS. Corporis Christi;
VIII. In Festo Nativitatis B. M. V.

Insuper prohibentur Musicae saltatoriae et choreae publicae, aeque ac privatae, etiam toto Adventus Domini tempore, et sequentibus diebus usque ad Epiphaniam inclusive; a die Cinerum usque ad Dominicam in Albis pariter inclusive; omnibus diebus jejunii de praecepto, nec non diebus Veneris et Sabbati per totum annum.

ANDREAS

Archiepiscopus.

STATUS PERSONALIS
& LOCALIS
ARCHI - DIŒCESEOS GORITIENSIS
INEUNTE ANNO ADMINISTRATIVO 1857

APPENDIX

AD DIRECTORIUM LITURGICUM



GORITIÆ
TYPIS JOAN. BAPT. SEITZ
1856.

SERIES ANTISTITUM
AQUILEJENSIUM & GORITIENSIUM
CUM NOTIS

Series Antistitum Aquilejensium.

*Anni asterisco * notati certe determinari nequeunt.*

N.	Ab anno	Ad annum	
			1. Episcopi.
1	63*	. . .	S. Hermagoras, Germanus
2	. . .	90*	S. Hilarius seu Helarus, Aquilejensis
3	. . .	. . .	Chrysogonus I. Græcus
4	. . .	. . .	Chrysogonus II. Græcus
5	. . .	. . .	Agapitus
6	314	. . .	Theodorus
7	. . .	. . .	Benedictus
8	347	. . .	Fortunatianus, Afer
			2. Archiepiscopi.
9	369*	389*	S. Valerianus, Gallus
10	389*	407*	S. Chromatius, Aquilejensis
11	407*	. . .	Augustinus, Beneventanus
12	434*	. . .	Adelphus seu Delfinus, Altinas
13	. . .	. . .	Maximus
14	444	447	Januarius, e Pola in Istria
15	451	454*	Secundus, Salicus
16	454	485	S. Nicetas, Græcus
17	485*	. . .	Marcellianus, Græcus
18	500*	515	Marcellinus, Romanus
19	521*	. . .	Stephanus, Mediolanens.
20	529	. . .	Mecedonius

N.	Ab anno	Ad annum	3. Patriarchae SCHISMATICI	ORTHODOXI
21	557	569	Paulinus I. seu Paulus Roman.	. . . .
22	569	571	Probinus, Beneventanus	. . . .
23	571	586	Elias, Græcus	. . . .
24	586	607	Severus, Ravennas	. . . .
			AQUILEJÆ	IN INSULA GRADO
25	607	. . .	Joannes I. Aquilejensis	607 Candidian.
26	. . .	. . .	Marcianus, Piranensis	Ariminensis
27	628	. . .	Fortunatus	612 Epiphanius
28	. . .	. . .	Felix	e Castro Umago in Istria.
29	. . .	. . .	Joannes II.	613 Cyprianus Polanus
30	. . .	. . .	Joannes III.	628. Primogenius, Aretin.
				648 Maximus Dalmata
				668 Stephanus Parentinus
				673 Agatho, Justinopolitan.
				685. Christoph. Polanus.
			ORTHODOXI, SCHISM. SUBLATO, AQUILEJÆ.	
31	698	711	Petrus I. Polanus	
32	711	717	Serenus	
33	717*	737*	Calistus	
34	762*	776	Sigvaldus, Forojuliensis	
35	776	802	S. Paulinus II. Forojuliensis	
36	. . .	811*	Ursus I. qui et Urbanus	
37	811*	. . .	Maxentius	
38	. . .	847*	Andreas, Forojuliensis	
39	847*	850*	Venantius, Italus	
40	850*	871*	Teutimarus, Germanus	
41	871*	874*	Lupo seu Lupus I.	
42	875*	901*	Valpertus	
43	901*	. . .	Fridericus I.	
44	928	. . .	Leo, Forojuliensis	

N.	Ab anno	Ad annum	
45	931	. . .	Ursus II.
46	. . .	. . .	Lupo seu Lupus II.
47	. . .	. . .	Hengelfredus Germanus
48	963	. . .	Rodoaldus, Germanus
49	984	. . .	Joannes IV. Ravennas
50	1019	1042	Popo vel Volffgangus, Germanus
51	1042	1049	Eberardus, Germanus
52	1049	. . .	Goteboldus, Germanus
53	. . .	1068	Ravengerus seu Ravenger, Germanus
54	1068	1077	Sigeardus e Comitibus de Pleien, Germanus
55	1077	1084	Henricus, Germanus
56	1084	1085	Fridericus II. Slavus
57	1085	1122*	Uldaricus I. e Ducibus Carinthiæ qui et Volricus, Voldaricus et Vorlicus
58	1122	1128	Gerardus, Forojuliensis
59	1132	1161	Peregrinus I. e Ducibus Carinthiæ
60	1161	1182	Uldaricus II. e Comitibus de Treven.
61	1182	1195	Gotefredus
62	1195	1204	Peregrinus II.
63	1204	1218	Volcherus de Leubrechtskirchen, Germanus
64	1218	1251	Bertoldus ab Andechs
65	1251	1269	Gregorius de Montelongo, Campanus
	1269	1273	„ „ Sedes vacabat
66	1273	1299	Raimundus Turrianus, Mediolanensis
67	1299	1301	Petrus II. Gera, Ferentinas
68	1302	1315	Ottobonus de Razzis, Placentinus
69	1316	1318	Gastonus Turrianus, Mediolanensis
70	1319	1332	Paganus Turrianus, Mediolanensis
	1332	1334	„ „ Sedes vacabat
71	1334	1350	B. Bertrandus e Comitibus Scti Genesii, Gallus
72	1350	1358	Nicolaus, Joannis Regis Boemiæ filius
73	1358	1365	Ludovicus Turrianus
74	1365	1381	Marquardus de Randeck, Augustanus
75	1381	1387	Philippus de Alenconio, Gallus
76	1387	1394	Joannes V. e Marchionibus Moraviæ
77	1395	1402	Antonius I. Cajetanus, Romanus
78	1402	1408	Antonius II. de Portogruaro – Antonius III. da Ponte, Venetus
79	1408	1435	Ludovicus II. Teckius, Hungarus
	1435	1439	„ „ Sedes vacabat

N.	Ab anno	Ad annum	
80	1439	1465	Ludovicus III. Card. Scarampus Mediarota, Patavinus 1439. – Alexander, e ducibus Massoviæ, Polonus
	1465	1471	„ „ Sedes vacabat
81	1471*	1491	Marcus I. Card. Barbus, Venetus
82	1491	1493	Hermolaus I. Barbarus, Venetus
83	1493	1497	Nicolaus II. Donatus, Venetus
84	1498	1517	Dominicus Card. Grimanus, Venetus
85	1517	1546	Marinus Card. Grimanus, Venetus
86	1546	1592	Joannes VI. Grimanus, Venetus
87	1592	1616	Franciscus Barbarus, Venetus
88	1616	1622	Hermolaus II. Barbarus, Venetus
89	1622	1628	Antonius IV. Grimanus, Venetus
90	1628	1629	Augustinus II. Gradonicus, Venetus
91	1629	1656	Marcus II. Gradonicus, Venetus
92	1656	1657	Hieronymus Gradonicus, Venetus
93	1657	1699	Joannes VII. Card. Delfinus, Venetus
94	1699	1734	Dionysius Delfinus, Venetus
95	1734	1751	Daniel Card. Delfinus, Venetus.

Series Antistitum Goritiensium.

I. Archiepiscopi S. R. I. Principes.

1	1752	1774	Carolus Michael e Comit. ab Attems Gorit. ([1]
2	1774	1784	Rudolphus Joseph. e Comit. ab Edling, Gorit.

II. Episcopi goritienses seu gradiscani.

3	1788	1816	Franciscus Philipp. e Comit. ab Inzaghi, Styr.
4	1819	1830	Josephus Walland, Carniolus

III. Archiepiscopi, Metropolitae regni illyrici.

	1830	1834	Josephus Walland, idem qui supra
5	1835	1854	Franciscus Xaverius Luschin, Imp. Austr. Princeps, Carinthus.
6	1855		Andreas Gollmayr, Carniolus.

ADNOTATIO.

Ex jam in hisce nostris superioribus annis citata Provinciali et Archi-Dioecesana Synodo a Proto - Archiepiscopo nostro Carolo Michaeli e Comititibus ab Attems anno 1768 Goritiae celebrata, ad Cleri Populique instructionem, sequentia ponimus.

Constitutio XXVIII.

De Officio, et Residentia Parochi.

Etsi ea, quae superioribus capitulis complexi sumus, ad rectam Pastoralis officii administrationem ut plurimum pertineant, quia tamen Parochiale munus ejusmodi est, ut si pro rei magnitudine expendatur, nunquam satis cautum de eo videri possit, nonnulla hac constitutione exequimur, quae Parochis Ecclesiastici sui ministerii formam exhibeant, et ad illorum munus proprie referuntur.

Ante omnia Parochi et Vicarii Parochiale munus sustinentes excellentem plenamque periculi muneris sui vocationem agnoscant, quam si pigro otio, et inerti desidia neglexerint, terra quam excollendam susceperunt, nihil generosi germinis aut fructus pariet, sed maledictioni obnoxia et spinis, ac tribulis subdita non quae condenda sint horreis sed quae arenda sint flammis producet, facti igitur ovibus suis forma Gregis ex animo commissas sibi plebes Doctrinae salutaris verbo pascant, exemplo instruant, muniant sacramentis ut cum apparuerit Princeps Pastorum immarcessibilem gloriae coronam fidelis dispensationis suae mercedem percipiant.

Ut autem in munere tam arduo tutius procedere, et inoffensis, nec vacillantibus gressibus ambulare possint, Synodales has Nostras Constitutiones sedulo frequenter, et attente perlegant, quaeque in iis de Verbi DEI praedicatione, de Doctrinae Christianae explanatione, de Festorum sanctificatione ac sacramentorum administratione, de vita et honestate Clericorum, et alias universim salubriter praescribuntur accurate observent.

Curam animarum Parochi per se ipsos, non per substitutos Capellanos, Cooperatores aut Vicarios exerceant, nisi justa, et gravi causa, aut legitimo impedimento coram Nobis probando detenti sint; Parochi enim ad hoc munus electi, non mercede conducti pro ovibus Christi Sponsores sunt, quorum sanguinem non a mercenariis, sed a Pastoribus requiret in illa die justus judex. Meminerint, se non ad commodum et vitae quietem, sed ad laborem, non ad otium sed ad negotium evocatos esse Angelicis etiam humeris formidandum, tantumque apud ipsos esse aliorum Animas per incuriam perdere, quantum propriam non salvare.

Quod si Parochiae amplitudo vel animarum copia, Cooperatorum operam necessario requirat, Parochiales labores ita partiantur, ut potiorem illorum partem Parochi ipsi in se assumant, sacramentorum administrationem, infirmorum provisiones, Catecheticas instructiones, sermones ad populum ita ad Parochos pertinere volumus, ut iis inconsultis, et praesentibus, vel legitimo impedimento non detentis, Cooperatores ministeriis hujusmodi, nisi ad infirmorum confessiones ex fiducia evocentur, se ingerere non audeant, nec sponsorum examen in se suscipere, minus sine licentia Parochi Matrimonia per assistentiam solemnizare.

Caeteras vero functiones, uti processiones ad Filiales, vel exteras Ecclesias, catecheses, et conciones in Pagis remotioribus, sepulturas, puerperarum introductiones, domorum, et agrorum Benedictiones, Rosarii recitationem, Vesperarum et littaniarum decantationem, quin et reddituum Parochialium procurationem, ne Parochi illos exigendo, confidentiam minuant, ita Capellanis et Cooperatoribus suis poterunt permittere, ut eos, non ut servos, sed ut fratres et laborum suorum socios suscipiant, et ament, eosque in honore habeant, unde ipsis apud populum aestimatio accrescat, et non vituperetur ministerium eorum.

Injungimus etiam Parochis, ut facta pro aequitate cum Capellanis et Cooperatoribus suis conventione, victum iisdem, et habitationem in domo Canonica praebeant; quodsi illis habitatio propria assignata sit, victum tamen non in cauponis vel laicorum domibus, sed apud Parochum habeant.

Capellanos autem, et Cooperatores monitos volumus, ut Parochos suos debito amore, et reverentia prosequantur, tanquam patres spirituales et seniores populi, si non annis, certe ministerii dignitate, et excellentia; hoc pacto, et Parochorum animos sibi obsequio devincient, et viam sibi sternent ad gradum altiorem, quam si erga Parochos suos contentiosi, immorigeri, contumaces, ac inurbani fuerint perpetuo ad qualemcumque etiam Parochiam praesentati sibi praecludent, et ab Archidioecesi etiam eliminabuntur. Indignum est enim eos in gradu superiori aliis praeesse, qui in inferiori positi nondum subesse didicerunt.

Parochi actuales etiam Regulares, ac Vicarii perpetui, vel ad tempus constituti, partem Dominici gregis habentes, Missam pro populo singulis Dominicis, et festis de praecepto diebus applicent, et si dictis diebus alias applicandi Missam obligationes habuerint, pro populo infra hebdomadam satisfaciant.

Bened. XIV. Bul. T. I. N. 103. Encyclic: Cum semper.

Praeterea apud Ecclesias suas assidue residentes gregi suo invigilent, nec eum unquam Mercenariorum more deserant. Si necessitas propria vel aliena postulet, per triduum etiam absque ulla licentia abesse possunt, suam tamen absentiam Decano Rurali, vel Archidiacono praevie insinuent, et idoneum interea temporis operarium substituant. Si per unam, vel plures hebdomadas, emanendum foret, id sine expressa Archidiaconi licentia nullo modo fiat, si diuturniorem moram emansionis, et absentiae urgens, et probata causa requirat, ea a Nobis, vel Vicario Nostro Generali tempestive petenda, et obtinenda erit.

Illud autem Parochis, et quibuscunque curam animarum sustinentibus, singulariter mandamus ne tempore Adventus, Quadragesimae, Nativitatis, Resurrectionis et Ascensionis Domini, Pentecostes, Corporis Christi, in Festo dedicationis, Patrocinii Ecclesiae, quibus temporibus refici maxime et in Domino gaudere Pastoris praesentia Oves debent, ipsi ab Ecclesia sua et loco residentiae ullo pacto abesse ausint.

Residentiae porro nomine intelligimus fixum ac constans domicilium Parochi in aede Canonica sibi assignata, vel intra limites suae Parochiae residentis, et gregi suo non tantum praesentia corporali assidue as-

sistentis, sed etiam sedulo, quod ad rem praesentem maxime pertinet, ejus regimini, tutelae et custodiae animo excubantis, quo quidem Residentiae onere ita se obligatos noverint, quicunque Beneficium aliquod Ecclesiasticum curam animarum habens, obtinent, ut si sine
Trid. Sess. 23. Cap. 1. de Ref. causa prius per Nos cognita, et probata, ac obtenta in scriptis discedendi licentia abesse praesumpserint, praeter poenas non residentibus constitutas, ac mortalis peccati reatum, fructus pro rata temporis absentiae non faciant suos, nec tuta conscientia etiam alia declaratione non secuta illos sibi detinere possint, sed eos vel fabricae Ecclesiarum, vel pauperibus loci erogare teneantur.

Illos residentiae legi nequaquam satisfacere declaramus Parochos, qui, ut de nonnullis in visitatione Nostra Pastorali comperimus, Cooperatorum suorum, vel conductitii sacerdotis praesentiae cofisi, conterminas suis Parochiis Civitates, et externas Parochias sub diversis et saepe futilibus praetextibus adeunt, ibique haerent, ovium suarum cura neglecta, quinimo non raro suos secum Cooperatores ad Civitates abstrahunt, ut subito et improviso casu occurrente nullus sacerdos in promptu sit, qui Sacramenta periclitantibus ministrando in tempore succurrere possit.

Apud suas igitur Ecclesias Parochi non solum praesentia corporali (de qua per Archidiaconos quotannis certiores fieri volumus) sed ut plurimum Vigilantia
Art. 20. Pastorali residentes sibi et universo gregi, quemadmodum Apostolus monet, attendant. Cauta ut D. Gregorius loquitur, se observatione circumspiciant, ut sint fortes
in c. p. 38. Job. et intrepidi in praeceptis, compatientes in infirmitatibus, in minis rigidi, in exhortationibus blandi, in ostendendo magisterio humiles, in adversitatibus patientes, omnibus omnia facti, ut omnes Christo lucrifaciant; caveant ne canibus mutis latrare non valentibus similes, vultum aut personam cujuscunque, ubi de correctione agendum est reformident, ne dum corripere delinquentes metuunt, aut noxia eisdem assentatione blandiuntur, se ipsos et alios perdant, et velut sal infatuatum ad nihilum valeant, ultra, quam ut mittantur foras, et conculcentur ab hominibus.

Parochis ea propter omnibus praecipimus, ut ad

Synodalem congressum in loco Residentiae Archidiaconalis, vel alibi ex Archidiaconi dispositione accessuri inter caetera synodalis relationis puncta hoc item attexant, utrum in Parochia sua publici dentur Haeretici, aut cujuscunque generis Acatholici blasphemi, concubinarii, usurarii, criminosi, tempore Paschali inconfessi, alienae pudicitiae insidiatores, aut quoque modo scandalosi, signatis eorum nominibus, loco habitationis, qualitateque conditionis, ut, si ipsi vel non potuerint, vel opportuna disciplinae remedia frustra tentaverint, Nos, et Archidiaconi Nostri de paretiarum statu sufficienter informati, quantum cum DEI adjutorio poterimus, quod periit, requiramus, quod abjectum est, reducamus, quod confractum, alligemus, quod infirmum consolidemus, quod sanum custodiamus roboremus, perficiamus.

In civitatibus, et amplioribus oppidis in quibus stativa obtinent Milites Caes. Regii, quos inter complures Lutheri vel Calvini subinde sectae addicti reperiuntur, Parochi dexteritate sua, tam in familiaribus colloquiis, quam polemicis Instructionibus, operam, et industriam omnem adhibeant, ut agnito errore, salvificae Religionis veritate imbuti, ejurata haeresi, editaque fidei professione Ecclesiae Catholicae aggregentur, pauperum, aliarumque miserabilium Personarum, uti Viduarum, Virginum, periclitantium, pupillorum, et orphanorum paternam curam Parochi gerant; infirmos frequenter visitent, temporalibus etiam quantum possunt, subsidiis juvent, solentur, et in extrema lucta positos non derelinquant. Omnes tandem quos corporali vel spirituali necessitate pressos suo subsidio indigere noverint, aut ipsi sublevent, aut alios ad eos sublevandos hortentur.

Pro Parochianis suis preces ad DEUM quotidie fundant, spiritualia singulis annis exercitia, cum iisdem faciant, triduo antecinerali summe periculoso Venerabile Sacramentum exponant, atque aliis etiam hujusmodi temporibus offendendo vel maxime divino Numini peculiarius accomodatis, ac in quibus precipue verificari potest illud: omnis caro foenum, a noxibus excessibus retrahant, et ad pietatis studia excitent. Exteros quandoque et praesertim tempore exercitiorum Confessarios invitent, caeteraque praestent quae bonum et pro ovium suarum salute solicitum Pastorem decent.

Decorem Domus DEI, Ecclesiarum immunitatem, coemeteriorum nitorem, sacrae supellectilis splendorem et munditiem praecipue curent. Aedes, Bona, et Jura tam Ecclesiae quam Parochiae conservare non negligant, atque ita tueantur, ut proventuum tamen Parochialium, et stolae jurium rigidi non sint, aut importuni exactores. Nam qui plus terrenam substantiam, quam oves diligunt, merito nomen Pastoris perdunt.

S. Greg. Hom 14 in Evang.

Parochianorum suorum jurgia, lites aut dissidia, in neutram partem plus aequo propensiores primo statim ortu componant, vel jam exorta dirimant. Atque eo magis, cum inter ipsos Parochos, vel cum aliis sacerdotibus, aut Ecclesiasticis malo Laicorum exemplo aliqua contentio insurrexerit, adhibita etiam, si opus fuerit amicabili Decani, Archidiaconi, Nostra aut Vicarii Nostri Generalis interpositione.

Libros Parochiales, Baptizatorum, Copulatorum, Mortuorum, et status Animarum Parochi omnes habeant, et caute ac diligenter in sacristia Ecclesiae Matricis, in Cistula, vel armario peculiari Clave obserato custodiant. Ipsi non eorum Capellani aut Cooperatores, minus Aeditui in eadem cistula seu armadio ab incendii periculo bene praeservato conservent documenta, consecrationem Ecclesiae, fundationes, legata pia concernentia decreta, item in Visitatione, et alia quavis occasione, nisi personalia sint, a nobis emanata. Haec vero omnia Parochia vel Vicaria vacante, ejusdem Provisori, seu administratori pro tempore, et ab eodem successori Parocho vel Vicario quamprimum Parochiae vel Vicariae possessionem adierit, sine mora, quin unquam ad laicorum manus deveniant, tradantur.

Quod autem Consecrationem Ecclesiarum attinet, ejusque habendam memoriam volumus et statuimus, ut instrumentum Consecrationis factae, in cistula ut supra servandum, in lapide pariter marmoreo incidatur, et lapis ipse parieti Ecclesiae infigatur.

Si Parochorum quispiam gravi aut periculoso morbo decumbat, Parochus vicinior eum mox visitet, et ministratis Ecclesiae sacramentis ad Iter aeternitatis disponat, nisi a Decano hoc jam praestitum charitatis obsequium, fuerit deprehensum, vel alium ipsemet Parochus infirmus advocaverit. Ubi vero Parochum ex hac

vita decessisse contigerit, vicinior Parochus, cum Clero illius Parochiae illius funeralia celebrabit, praeviisque exequiis defunctum sepeliet, tum de ejus obitu protenus Decanum edocebit, ut cum saeculari potestate juxta Caes. Regia Generalia ad obsignationem relictae facultatis deveniat, Inventura postmodum, seu rerum estimatione ab Archidiacono, qui idcirco a Decano moneri debebit, cum potestate saeculari concurrente facienda, ac administratore in spiritualibus Parochiae vacanti substituendo.

Idem servandum erit in casu graviter decumbentis aut defuncti Vicarii Curati, vel etiam perpetui, nisi, quod vices Decani, Parochus loci tanquam ejus Principalis supplere debeat.

Constitutio XXIX.

De Vita et honestate Clericorum.

Nihil est, quod alios magis ad pietatem, et DEI cultum assidue instruat, quam eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt. Cum enim a rebus saeculi in altiorem sublati locum conspiciantur in eos tamquam in speculum oculi intendunt reliquorum, inde quod immitentur summentium.

Quapropter Clericos irreprehensibiles esse convenit, moresque suos omnes componere, ut in sortem Domini vocatos se probent, et habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil nisi grave, moderatum, ac religione plenum praeseferant, ut qui ex adverso sunt, nihil habeant mali dicere, sed universae eorum actiones cunctis adferant Venerationem.

Quae superius Constitutione 17ma. statuimus, eadem hic innovantes praecipimus ut Clerici, prima Tonsura et quatuor minoribus Ordinibus initiati Vestem tallarem, et Tonsuram constanter gestent, alias Clericorum privilegia ipsis nullatenus suffragabuntur.

Provisi de Beneficiis Ecclesiasticis, aut sacris Ordinibus insigniti, nec non personatus et officia Ecclesiastica obtinentes, nisi collare semper et honestum ha-

bitum clericalem, sive nigri, sive violacei coloris, suo ordini et dignitati congruentem detulerint, suspensione ab Ordinibus, Officio et Beneficio ac fructibus, redditibus, et proventibus ipsorum Beneficiorum, et Officiorum a Nobis coercebuntur. Injungimus etiam Parochis, et Ecclesiarum Rectoribus, ac sacristis, ne funeribus, exequiis, aliisque peractionibus lucrativis, illos Clericos aut Sacerdotes interesse sinant, qui decentem habitum et congruentem non deferunt; si tamen ruri fuerint, itineris aut recreationis capessendae causa, ut veste cujuspiam honesti non tamen albi coloris, uti possint, concedimus.

Trid. Sess. 14. cap. 6: de Ref.

Qui Sacerdotio nondum initiati sunt, Missam singulis diebus devote audiant, aut sacerdoti ad Aras operanti ministrent, Dominicis, festisque diebus sui ordinis ministeria exerceant. Nobis vero et coeteris Com-Provincialibus Nostris Pontificales functiones sive in Metropolitana, sive in aliis Ecclesiis exercentibus, Clerici omnes, et sacerdotes non impediti, vel quinquagesimum annum nondum eggressi sub poenis arbitrio Nostro infligendis assistere teneantur; ad Doctrinam Christianam, conferentias scholasticas, casuum decisiones constituto loco, et tempore omnes pariter conveniant.

Ad horas canonicas, sive ratione sacri Ordinis, sive titulo Beneficii adstricti, eas competenti ordine, et tempore attente, ac devote recitent. Orationes vocales pro sua quisque devotione persolvat. Mentali vero quotidie pro temporis opportunitate mane aut a Meridie, aut Vespere per horae saltem dimidium omnes vacent, ut aeternis veritatibus imbuti, concepto Divinis amoris igne discant terrena despicere, et amare Coelestia, serotino denique Conscientiae examini suam temporis particulam tribuere non negligant.

In comparanda artium liberalium eruditione, sacrarum litterarum, et sanctionum Canonicarum Doctrina, Historiae Ecclesiasticae, Theologiae Dogmaticae, Polemicae, Moralis, sacrorumque rituum cognitione, et Cathechizandi Methodo se studiosissime exerceant, ut ad Ecclesiasticum ministerium in cura Animarum aliquando obeundum se idoneos reddant, aut perficiant, probatorum Authorum libros assidue legant, a profanis, scurrilibus, schomaticis, et haereticis prorsus obstineant, adeo, ut

nec Theologiae, aut Juris utriusque Doctoribus, nec in cujuscunque officii aut dignitatis gradu constitutis prohibitos liceat sine Nostra, vel sedis Apostolicae facultate libros legere, aut retinere.

Aleas, cartipholia, omnisque generis lusus, praesertim lucrosos, in quibus majore aeris quantitate dubiae sortis exitus tentatur, et proventus Ecclesiastici ad pios, et utiliores usus expendendi, prodiguntur, tempus perditur, fama bona imminuitur, et non raro DEUS offenditur, prorsus fugiant, immo nec ludentibus spectatores assistant. Si primum moniti lusibus hujusmodi publice, aut privatim operam dederint, quinque libris Cerae Ecclesiae applicandis mulctabuntur. Si lusus ipsi exhibuerint, aliosque ad eos pellecerint, mulcta duplicabitur; nulla habita conditionis, aut gradus ratione.

Saltationes et Choreas, quarum sive pubblicae sint, sive privatae, centrum est diabolus, et circumferentia Angeli ejus, nec ipsi agant, nec eis ullo modo intersint, sed peccatorum pericula, in quibus saltationes animum suis illecebris inflammatum inevitabiliter, et gravi pondere opprimunt, tanquam pestem fugiant, scandala ejusmodi penitus removeant et pro posse extirpent.

Spectacula, Comedias, aliosque coetus profanos et scandalosos sub poenis arbitrio Nostro infligendis non invisant, multo minus Comicos, Cantores aut Musicos in comediis agant.

In Conventibus saturnalibus, seu Bachanalisticis larvati incedere non praesumant, siquidem in minoribus constituti a susceptione sacrorum Ordinum repellentur, si in sacris fuerint, ad superiorem gradum per biennium non ascendent, et ab omni intra id tempus Ordinis exercitio, Sacerdotes vero a Celebratione Missae per annum suspendentur.

